



zu 005

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES  
DE TESTIBVS

AD QVAS  
DIVINA FAVENTE GRATIA, PRAESI-  
DIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS QVE VI-  
ris D. Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohan-  
ne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro  
laudabili ac inueterata consuetudine, pub-  
licè in florentiss. apud Vbios Col-  
legio, respondebit.

DETHMARVS MICHAËLIS  
SVSATENSIS VV.

*Anno reparatae salutis CI<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. LXXXII.  
XVI. Calend. May.*



COLONIAE AGRIPPINAE LII  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

TRANSITIO

... in probat...  
... etiam...  
... in exercitibus...



CONCORSIO

... autem...  
... non...  
... in exercitibus...

II

... quod...  
... in exercitibus...  
... in exercitibus...

III

... quibus...  
... in exercitibus...  
... in exercitibus...

III

... quibus...  
... in exercitibus...  
... in exercitibus...

V

... quibus...  
... in exercitibus...  
... in exercitibus...

## TRANSITIO.

**C**um in probationibus iudicialibus aequè testimonio scripto ac non scripto credatur, (a) recta methodo illo expenso, hoc subnectitur.

(a) l. in exercendis 15. C. de fid. instr. §. si vero tale aliquid auth. cod.

## CONCLUSIO I.

**E**ST autem testimonium non scriptum probatio facti, per alios, quos causa, de qua agitur non concernit, (a) hoc autem cum prohibitorium sit, (b) ij admittuntur qui natura vel lege non prohibentur. (c)

(a) Herm. Vult. cap. 1. lib. 2. Iuris. Rom. (b) l. 1. §. 1 & ibi Costal. h. tit. (c) Herm. Vult. d. loco.

### II.

Natura quosdam ob animi vitium, vt furiosum, (a) ebrium, (b) pupillum, (c) quosdam ob corporis, vt cecum de visu, (d) surdum de auditu (e) testari vetat.

(a) argum. l. in negotijs §. de reg. iur. vbi Dec. nu. 1. §. furiosus Inst. de inut. stip. l. 2. §. furiosus de iur. codic. Reub. part. 1. num. 17. (b) argum. c. venter 35. distinct. c. sanè 15. quæst. 1. Campeg. in tract. h. t. Reg. 117. (c) l. 3. §. pen. l. in viti 19. & ibi Costal. h. tit. Spec. in §. 1. de test. nu. 34. (d) Aufrerius in tract. h. t. n. 16. (e) Campeg. nu. 118.

### III.

Quilibet autem superiorum de ijs rectè in testem producitur, que proprio sensu percipit. (a) Hinc surdum de visu, cecum de auditu, mutum de utroq; in scriptis extra crimen falsi testari posse (b) constat.

(a) Aufr. & Campeg. d. loco (b) Specul. in d. §. 1. nu. 56. Cyn. in l. testium C. h. tit. Reub. part. 1. nu. 53. 54. & seq.

### IIII.

Sed vtrum adultus de ijs que in pupillari atate vidit testimonium dicet? Hoc reor. (a) Eadem ratio liberti est de ijs que in seruitute animaduertit, (b) quod autem à furioso visum est, furore intermisso frustra ab eo expectatur. (c)

(a) Reub. part. 1. nu. 4. Spec. d. §. 1. nu. 35. Dec. in l. 2. §. 1. nu. 11. de reg. iur. (b) l. notionem 99 §. Instrumentorum. de verb. sign. Reub. part. 1. nu. 14. (c) argum. d. l. 2. §. furiosus de iur. codic.

### V.

Lege quidam propter vitæ turpitudinem, quidam propter odium vel affectionem repelluntur. Turpitude est in infamibus, (a) & socijs criminum. (b) Serui quia nullam iuris ciuilibus communionem habent, (c) & Monachi mortuorum loco habentur, (d) idoneum testimonium non perhibent (e)

(a) l. 3. in pr. ff. l. quæstum 13. C. h. t. (b) l. quoniam 11. C. h. t. gl. in l. fin. in fin. de accusa. Sich. in d. l. 11. (c) l. quod attinet 32. de reg. iur. (d) auth. ingressi C. de sacros. eccles. §. illud quoque Auth. de Monach. l. Deo nobis 56. circa pr. C. de episc. & cler. l. placuit vbi glo. 2. quæst.

quæst. 7. (e) l. quoniam 11. & auth. si testis C. h. t. d. c. placuit. Reub. part. 1. num. 45. Sich in d. l. 11. C. h. t.

## VI.

*Propter odiū reijciuntur heretici (a) & Capitales inimici. (b) Sed qui pro ijs habendi sunt? qui libertatis & existimationis controuersiam ante nobis mouerunt, (c) vel iudicio publico in nos testimonium dixerunt. (d)*

(a) l. quoniam 21. C. de hæret. Spec. §. 1. nu. 59. (b) l. si quis 17. & auth. si testes vbi gloss. & Dd. C. h. t. (c) l. licet 103. de verb. sign. l. seruitutem & ibi Dec. 210. de regul. iur. (d) l. produci ff. h. t.

## VII.

*Affectio ex spe lucri vel gratia exoritur. Nemo igitur in propria causa (a) testis erit. Propria vero dicitur cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem pertinet. (b) Itaque non audietur fideiussor, (c) etiamsi debitor soluendo sit, (d) neque venditor emptori, donator donatario, si dolo dedit, eò quod de euictione tenentur, (e) idonei testes erunt. Quid si nullus propter euictionem sit regressus? uterq; adhuc propter affectionem & donatarius propter obligationem ad antiora suspectus est. (f)*

(a) l. omnibus 10. C. l. si nullus ff. h. t. (b) l. 1. §. in propria de appellat. Duar. cap. 1. C. h. t. (c) argum. l. 5. in pr. de Appellat. V Vef. in. parat. num. 2. Sichard. & com. Dd. in d. l. omnibus 10. C. h. t. (d) argum. l. 3. de compens. Bart. in d. l. 10. (e) l. ex empto 11. de Action. empt. l. 18. §. fin. de donat. Bart. Cynus & reliq. in d. l. 10. C. h. t. (f) l. sed et si §. consuluit de petit. hered. Sich. in d. l. 10. nu. 8.

## VIII.

*Collegio vel vniuersitati subiecti, si nulla ad eos redundet utilitas alijs deficientibus restabuntur.*

l. 6. §. 1. de rer. diuis. l. 1. §. 1. de in ius vocand. l. 1. §. seruum municipum, de quæst. l. 2. quod cuiusque vniuers. Reub. part. 2. nu. 18. Sich. & com. Dd. in l. parentes 5. C. h. t. Mascari. in tract. de probat. p. 1. c. 395. nu. 9.

## IX.

*Propter gratiã repelluntur parentes & liberi, (a) etiã naturales, (b) emancipati, (c) & adoptiui, (d) finita quoq; adoptione. (e) Quid si pater extraneo actionem cesserit, an filius in ea testis erit? si parenti nullum euictionis periculum immineat filium admitto. (f)*

(a) l. parentes 6. C. h. t. (b) Sich. & com. Dd. in d. l. 6. nu. 1. C. h. t. (c) argum. l. 6. de in ius voc. manent enim post emancipationem adhuc naturales, (d) arg. l. Adoptiuum 8. in pr. de in ius vocand. (e) arg. §. ergo non omnes Inst. de Nupt. l. 1. §. si seruus de quæst. (f) arg. l. Pomponius 13. §. cum quis de acquir. poss. l. sed & hæc 35. §. vlt. de Procur. glo. & Bart. in l. qui testamento 20. §. per contrarium, qui test. fac. poss.

## X.

*Ex eadem causa reijciuntur cognati, (a) liberti & patroni, (b) omnesq; domestici, (c) vt sunt, vir & vxor, (d) mercenarij, coloni, famuli, (e) omnesq; vna habitantes. (f)*

Aulicis

*Aulici igitur principibus & Episcopis suis testimonio non erunt. (g) Excipe crimen Laese  
Maestatis, (h) Adulterij, (i) & quævis delicta domestica. (k)*

(a) l. lege Iulia 4. & ibi gloss. ff. h. t. V Vesemb. in par. nu. 3. (b) d. l. lege Iulia. in fin. ff. & l. libertorum 12. C. h. t. (c) l. testes eos 24. ff. l. etiam 3. & ibi com. Dd. C. h. t. (d) l. 1. §. si vir 15 ad Senat. Syllan. l. quicumque 10. C. de re milit. (e) l. presenti 6. §. sanè 3. C. de his qui ad eccles. conf. l. perspicendum 11. §. furta de pœnis l. pen. h. t. (f) d. l. perspicendum & d. l. presenti (g) arg. l. 3. C. h. t. l. 24. ff. cod. Crot. part. 3. nu. 125. h. t. (h) l. nullus C. ad l. Iul. Maest. l. si quenuquam 30. C. de epis. & cler. l. de minore 10. §. 1. de quæst. c. si quis cum 6. quæst. 1. (i) l. consensu C. de repud. Alber. de Malet. cap. 2. nu. 67. (k) Spec. in §. 1. vers. item quod est domesticus h. t.

#### XI.

*Quid si famulus futuri testimonij causa ea ratione dimissus, ne postea reciperetur?  
ipsi credendum est.*

arg. l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. item Mummo de quæst. Bart. & Dd. in l. eos C. h. t. Gomez. varia. resolut. tom. 3. cap. 11. nu. 15. quia non videtur in fraudem facere qui facultatem probandi sibi acquirit.

#### XII.

*Sed anne domestici contra domesticos audiendi sint controuersi iuris est: eos quibus  
maxima reuerentia non obstat (a) audiendos puto. (b)*

(a) l. lege, in fin. ff. l. libertorum 12 C. h. t. Paul. lib. 5. sent. tit. 15 §. 3. in fin. l. parentes & liberi 6. C. cod. (b) arg. l. 1. §. 1. h. t. l. quod fauore C. de legibus. vide Cyn. in l. etiam C. h. t.

#### XIII.

*Amicus pro amico fidem facit, Quanta vero ea sit iudex amicitie qualitate considera-  
rata aestimabit, (a) duo tamen amici in causa tertij cui non sunt amicitie legibus ob-  
stricti plenè probant. (b)*

(a) l. 3. in pr. l. ob carmen §. vlt. ff. h. t. Cynus & com. Dd. in l. 5. C. h. t. (b) l. pater & filius 17. h. t. §. in testibus Inst. de test l. ad testium 22. in pr qui test. fac. poss.

#### XIV.

*De Vasallis & subditis an pro dominis & principibus suis testes esse possint, dissidentes  
sunt opiniones; sed recipiendos esse verius videtur.*

arg. l. 1. §. 1. ff. h. t. Cynus in l. eos C. h. t. Iohan. And. ad Specul. §. 1. vers. sed nunquid va-  
fallus.

#### XV.

*Supradicta contra testes exceptiones lite contestata, (a) ante depositionem inuesti-  
ganda sunt. (b) Et quos lex expresse testimonium dicere vetat, si in continenti eius con-  
uicti fuerint, ab eo dicendo arcentur. (c) Si verò cognitio personarum difficilis fuerit iure  
excipiendi reseruato, admittuntur. (d)*

(a) c. 1. & 2. c. quoniam 5. & ibi gl. extr. vt lit. non contest. Spec. in §. 2. h. t. Bart. in d. l. si  
quando C. h. t. V Ves. in par. h. t. nu. 5. (b) V Ves. in par. nu. 3. arg. c. super 22. extr. h. t. (c) arg.  
l. si quis 17. vbi Sich. Cynus & alij C. h. t. c. presentium 31. ext. h. t. (d) d. c. presentium vbi  
gl. Bart. in auth si testes C. h. t. Specul. in §. 1. nu. 91

*Semel*

XVI.

*Semel enim admissum non facile in alia lite quamvis actor ipsius testimonio usus non sit, (a) rejicere possumus. (b)*

(a) arg. l. 3 quod quisque iur. l. si post mortem in fin. de bon. poss. contr. tab. l. si per errorem 15. de iurisd. Sichard. in d. l. 17. num. 2. C. h. tit. (b) d. l. si quis 17. & auth. si testis vbi com. Dd. C. h. t.

XVII.

*Personam testium verificatam presentes coram iudice viva voce, (a) praestito ante depositionem legitimo iure iurando, (b) testimonium ferent.*

(a) c. testes 3. quæst. 9. c. 2. qui matr. accus. poss. extr. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. num. 6. hoc tamen non ita strictè in civilibus attenditur, sicut fit in criminalibus d. l. 3. §. fin ff. h. t. l. iudicis 18. & auth. eloquentissimos vbi Cynus & alij C. h. t. Andr. Gail lib. 4. obs. 96. (b) l. iusiurandum 9. C. h. t. gl. in l. prolatam C. de sentent. Myns. cent. 3. obs. 80. & cent. 4. obs. 77. Gail lib. 1. obs. 101. nu. 1.

XVIII.

*Absentes igitur solemniter citandi & à parte rogandi sunt, (a) in presentibus hac de necessitate non requiro. (b)*

(a) l. 3. §. fin h. t. l. si quando 19. C. cod. VVesemb. in par. n. 5 vide Mynsing cent. 4. obs. 3. Don. cap. 6. h. t. (b) d. l. 3. l. ad fidem 11 ff. h. t. Don. d. cap. 6. Mynsing. cent. 6. obs. 16.

XIX.

*Quidam tamen citati propter Reuerentiam: vt illustres, superillustres (a) qui Reipublicæ caussa absunt, (b) professores: (c) Quidam propter presentia difficultatem, vt Milites, Publicani, valetudinarij, senes &c. venire non coguntur. (d) Quare ablegato ad eos notario, si iudici subiecti sint, (e) sin minus coram loci iudice examen instituetur, quod rotulo comprehensum ordinario transmitti debet. (f)*

(a) l. constitutio 16. vbi Sich. & Dd. C. h. t. (b) l. inuiti 9. ff. h. tit. l. 2. de iure fisci l. 9. C. ex quib. caus. infam. l. 4. C. de delator. (c) l. Medici 6. C. de profel. & Medic. (d) l. inuiti 8. & l. inuiti 19. l. 3. in fi. h. t. l. 3. de iure immunit. l. quæsitum est 60. de re iudicat. (e) Sich. in d. l. iudices vbi com. Dd. C. de fide instr. (f) d. l. iudices, iunct. auth. eloquentissimos vbi glo. & Dd. C. de fide instr. VVesemb. in par. nu. 5. vide Andr. Gail d. obs. 96. lib. 1.

XX.

*Quid autem si testimonium à notario exceptum ab eiusdem viui testis testimonio dissentiat, vtri credendum? tabellioni.*

arg. l. si quis decurio vbi glo. & Dd. C. de fals. Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. num. 10.

XXI.

*Quoniam vero officium suum nemini debet esse damnosum, (a) testi omnes necessarij sumptus praestandi sunt: (b) aded vt equi & currus persoluenda sit merces, si propter infirmitatem pedibus iter facere nequeat, vel propter dignitatem non deceat. (c)*

(a) l. 1. fa



(a) l. si seruus communis §. quod vero verisidque euidentius de furt. l. si quando §. cum oportet C. h. t. l. si quis 20. testam. quem. aperiant. (b) l. quoniam 11. C. vbi com. Dd l. 3 §. Gabino ff. h. t. (c) arg. l. constitutio 16. in fin. C. l. i. t. l. idemque 10. §. idem Labco, Manda. Sich. & alij in d. l. quoniam C. h. t. vide Gail lib. 1. obs. 99. nu. 3. & 4.

## XXII.

*Omne quoque lucrum quod ex artificio suo habere potuit, restituendum, deductis tamen impensis, quae domi faciendae fuissent.*

facit tex. in l. Iulianus §. idem Iulianus, & in l. praeterea, de Rei vendic. arg. l. venationum, de vsur. l. in hominis de oper. seruor. Andr. Gail lib. 1. obs. 99. nu. 8. & 9.

## XXIII.

*Testium numerus vt plenam fidem faciat, regulariter binarius erit, (a) vnus enim etiam religiosissimi testimonio acquiescendum non est, (b) maior autem testium copia, maiorem fidem facit. (c)*

(a) l. vbi numerus 12. ff. l. iusiurandi C. h. t. c. licet ex quadam 47. extr. h. t. c. admonere 3. quaest. 2. Myns. cent. 3. obs. 76. (b) d. l. iusiurandi glo. in c. ego solus distinct. 9. l. maritus 20. de quaest. Andr. Gail lib. 1. obs. 93. nu. 16. (c) l. 3. §. eiusdem & ibi gl. ff. h. t.

## XXIV.

*Si autem ab vna parte plures ab altera honestiores sint testes, quibus credendum sit, iudex constituet. (a) Respiciet autem primum ad proportionem, vt videat vtrum honestas, an multitudo praeponderet. (b) Deinde testium dicta non solum inter se, sed etiam cum alijs causarum circumstantijs conferet. (c)*

(a) l. 3 §. eiusdem 2. l. ob carmen in fin. ff. h. t. (b) d. l. 3. & d. l. ob carmen vbi gloss. (c) d. l. 3. §. 1. & d. l. ob carmen in fin. ff. h. t. l. cum de atate 13. de probat. c. nihilominus 3. quaest. 9. VVcf. in par. nu. 6.

## XXV.

*Si tamen fraudem vel falsitatem animaduertit, testem vt falsarium puniet, (a) idq. nulla obstante fori praescriptione, (b) adeo vt etiam clericus a iudice seculari poenis affici queat. (c) An aut hac poena teneatur, qui a iudiciali testimonio, extra iudiciu diuersum pronunciat, queritur? & negativa benignior est opinio. (d)*

(a) l. 1. in prin. l. eos qui 27. in prin. ad leg. Corn. de fals. (b) l. nullum 14. C. h. t. vbi Sich. & com. Dd. (c) arg. d. l. nullum 14. vbi Cynus & alij C. h. t. qui canonistas dum clericum eximere conantur, omnem aquam ad suum molendinum transferre, ait. vide Dida. Couarr. pract. quaest. cap. 18. in fin. Mynsing. cent. 6. obs. 72. (d) argum. l. 9. in pr. h. t. Sich. in d. l. nullum C. h. t. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. nu. 7.

## COROL.

## COROLLARIA.

### I.

*Cognitis & didicitis testimonijs, super iisdem articulis, aut directo contrarijs, testes amplius produci nequeunt, (a) quod a led verum opinor, vt nec in caussa Appellationis, facta publicatione in caussa principali, super iisdem articulis produci posse putem. (b)*

(a) §. illud tamen in dubium vbi gloss. Bart. & alij auth. h. t. vide Cuiac. cod. c. constitutis 46. vbi glo. c. de testibus 29. ext. cod. (b) tex. expressus in clement. fi. de testibus c. fraternitatis 17. ext. h. t. Myns. cent. 1. obs. 41. Marant. in Spec. part. 6. act. 6. in fin. facit auth. at qui semel, vbi Sichar. nu. 25. C. de probationibus.

### II.

*Mulier tam in caussa criminali, quam ciuili de iure nostro pro teste admittitur.*

arg. l. testium 3. §. pen. l. exco 18. ff. h. t. arg. l. 1. §. 1. h. t. Spec. §. opponitur ver. item quod est mulier, h. t. l. qui testamento 20. §. mulier vbi com. Dd. qui test. fac. poss. à quo in iudicando & consulendo non recedendum monet Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 12. nu. 13.

### III.

*Testis facta iam depositione, iurare non potest, à se ante dicta, vera esse.*

arg. l. iusiurandum 9. vbi Sich. & alij C. h. t. gloss. in l. prolatam C. de sentent. forma. enim à iure præscripta negligenda non est. Vide Mynsing. cent. 3. obser. 80. & cent. 4. obser. 77.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





# CONCLUSIONES DE TESTIBVS

AD QVAS  
DIVINA FAVENTE GRATIA, PRAESI-  
IBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS QVE VI-  
is D. Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohan-  
ne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro  
laudabili ac inueterata consuetudine, pub-  
licè in florentis. apud Vbios Col-  
legio, respondebit.

DETHMARVS MICHAËLIS  
SVSATENSIS VV.

*Anno reparat. salutis CI<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. LXXXVII.  
XVI. Calend. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE LII  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



57

